# DE INSTRVMENTIS, QVÆ SECTIONIBVS ADMINISTRANDIS PARARI POSSVNT.

*CHARACTERVM IN ANATOMICORVM instrumentorum figura positorum, Index.*

PRAESENTI figura mensæ cuidam incumbentem finximus afferem, quo in viuorum, sectionibus opportunè vtimur, dein huic asseri omnia propemodum accommodauimus, quibus in dissectionum administrationibus, adeoque tota Anatome quis posset vti. Quo autem singula leuiori opera assequaris, huic etiam figuræ characteres, ac demùm eorum indicem adhibere non grauatus sum. Indicentur itaque.

A, A Mensa, cui reliqua omnia modò seriatim indicanda supersternuntur.

B, B Asser viuis sectionibus administrandis idoneus.

C, C Varia foramina, quibus laqueos pro animalis mole adhibemus, quum femora & brachia vincimus.

D, D Eiusmodi anuli, summis manibus pedibusque ligandis adaptantur.

E Huic anulo maxilla superior, libera inferiori, catenula alligatur, vt caput immotum seruetur, ac interim neque vox, neque respiratio vinculorum occasione præpediantur.

F, F Diuersa nouacularum genera, quibus spongia accumbit.

G Cultelli ad earum speciem formati, quibus calami adaptantur.

H Vulgaris qui mensæ adhibetur culter.

I Grandis ac validus culter.

K Cultri è buxo parati.

L Hamuli.

M Varij stili vaà cum siphone.

N, N Obliquatæ acus cum filo crassiore, quibus literarum fasciculos colligamus.

n Minores acus, quas vulneribus suendis accommodamus.

O Serra.

P Forficula

Q Malleus ligneus.

R Arundines inflandis pulmonibus, & alijs quibusdam partibus idoneæ.

S Filum æneum, ossibus nectendis aptum.

T Subula forandis ossibus parata.

V Varia subularum ferra.

X Forpex in torquendis filorum extremis comparatus.

Y Forpex, quo intorti, & ossa iam committentis fili reliquias præscindimus.

*FINIS.*

*COLONIAE AGRIPPINAE,*

Typis Stephani Hemmerden.

ANNO M. DCXVII.